



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



VARIA FORTVNA
DOCTRINÆ JURIS.

CIVILIS

&

illius optima ratione

PROGRAMMA,

DISPUTATIONIBUS PUBLICIS,

^{Quibus}
PRÆSIDE

JOHANNE EISENHART,

Phil. & J. U. D. hujusque & Moralium P.P.

Ac
RESPONDENTE PERPETUO

CHRISTIANO WILHELMO
EYBENIO,

Schnobelianæ Pandectarum Disputationes

IN ACADEMIA JULIA

Per futurum semestre examinandæ,
PRÆMISSUM.

HEL MESTADII,

Typis GEORG-WOLFGANGI HAMMI, Acad. Typogr.

ANNO M DC LXXXV.

ipſæ illæ ſcientiæ vilescerent; aut à viſiorib⁹ inge-
niis ignav⁹ operā traſtatæ iterumq⁹ libris inclusæ,
variis contaminarentur erroribus; dum plures crudæ
adhuc ſcientiæ ſuæ veſtigia publicæ luci exponere
amâſſent: quod recentiorib⁹ demum ſeculis fa-
ctum eſſe videmus.

III. Huſtris Vir, Franciſcus Baconus, Angliæ
Cancellarius, p̄fationem libelli ſuī perelegantis
de ſapienția veterum ſic ordit⁹: *Antiquitatem*
primavam (exceptis que in ſacris literis habemus)
oblivio & silentium involvit; silentium antiquita-
tis fabula Poëtarum exceperunt: fabulis tandem
ſuccellere ſcripta, que habemus: adeo ut antiquita-
tis penetralia & recessus à ſequentiū ſeculorū
memoria & evidentia tanquam velo fabularum
discreta & separata ſint; quod ſe interpoſuit & ob-
fecit medium inter ea qua pericrunt, & qua ex-
ſtant. Ex hujus itaque ſententia ſtatim nobis trans-
cendum eſt ad eam, qua & hodie uſitata eſt, non
per ſigna, figuræ & fabulas, ſed per verba propria
& orationem absque figuris & quaſi ænigmatis
prolatam ſcientias docendi propagandiq; rationē.

IV. Et omnis quidem generis ſcientiarum histo-
riam eō modō pertexere, ut varia cujuſque ſcien-
tiæ tradendæ docendæ ratio per ſingulas ætates
inno-

innotescere inde possit; nostri non est instituti; sed de sola juris civilis tractandi ratione & varia illius fortuna paucis agere visum.

V. Inter iura civilia & vetustate & sanctitate circa controversiam principem locum obtinent leges populi Hebrei, sacris literis comprehensa: quae tamen libantum per modum historiae referuntur; nisi quod ne calamus tertio & legibus digerendis convenienti ordine sit compofitus; dum prius hoc et explicantur leges de officio hominis erga Deum; de his p. de officio liberorum erga parentes; quod ipsa simul ergi intelligendum est de officio subditorum erga magistratus & cuiuslibet inferiotis erga superiorem: Utimē deinde sicut proponuntur leges de mutuis hominū officiis in societate humana.

VI. Quoniam autem in Republica Hebreorum simplicior vivendi ratio ex divino instituto obtinere debuit, cestante omni luxu & commerciis ad luxum foventium institutis; dum quilibet tribus & familia definitos suos habebat agros, qui et si per alienationem in alios translati essent, tamen in magno anno jubileo ad pristinos dominos eorum vē hæredes revertebantur, dissolutā omni obligatione ante annum jubilatum contractā; de quibus institutis p̄clarè philosophatur Ant. Thysius in memo-

*rabilibus celebrium veteram Rerum pp. cap. I. de
Rep. Hebraeorum.*

VII. Inde patet, iustitiae administrandae rationem minus operosam ibi fuisse, cum lites de haeredatibus, de rebus creditis, de concordia creditorum, de pignoribus & hypothecis, quae intricatisse & magis diuturne esse solent, certe & inservitabili iure ibi terminarentur: alia quoque atque alii vita genera plus minusve licium velut naturam suam gignunt; nam agricultorae (quod vivendi genus pleniusque Hebreworum ex divina institutione amplectebantur) agris suis colendis intenti à negotiis & litibus forensibus alieniores sunt; contrà vero officiales & mercatores & qui in urbibus luxuque vitam agunt iisdem frequentius implicantur: Et hanc ob causam subtracta frequentioris ac diuturnioris processus judicarii materiam, ipsa quoque jurisprudencia cognitu facilis fuit, nec multis eguit commentariis, quibus negotiationum species & causatum metita exponerentur.

VIII. Reliqui orientales populi, cum serviles sint & ad naturam dominantium intenti, manu regia potius, quam prolixo legum apparatu gubernantur; ut hic quoque nullum operae pretium sit investigare modum ac rationem apud eos docendae

de dilectioneque jurisprudentiae. Idem sentiendum
de gentibus australiē terrae plagam incolentibus;
festivā omniōne hoc ostendit Nic. Clenardus lib. i.
epistola d. IX. Aprilis anni 1531. Festa ad Jacobum
Latomum scripta: Si qua (apud Etenies) orientur
contentiose, utraque pars judicem adit; is memen-
tus temporis rei transfigit; neq; sciunt, quid sit sen-
tentia interlocutoris, quid appellatio. Et bujusmodi
lacrymosa mihi quondam vocabula: ubique est sen-
tentia definitiva; Et ferme lis sopia est, antequam
concessata. Nimirum in tali præcipitatione sen-
tentiarum judicialium, ubi quodlibet judicis arbit-
riūm pro jure legitimo habetur, uti doctrina pro-
lixior locum non invenit, ita & nulla eius varietas
notabilis fucrit.

IX. Ast Græcia civitates, uti omnis philosophia,
sic & legum scientia cultu inter ceteras na-
tiones multum eminuerunt: Ab his in Italianū
quoque migravit & Romæ sedem stabilem sibi fi-
xit accurateor *dicas* tice: Et harum nationum Scri-
pores judicialia prudentia doctrinam, in formam
artis compositam, ad nostram ætatem transmis-
serunt: Nimirum *Aristoteles* in Rhetoricis, Cicero, in
scriptis rhetoricis, *Quintilianus* in institutionibus
Oratorius, ubi de genere judiciali agunt.

X. Verum bi Simplicius ea tamquammodo aut
principiis tractans quae ad processum judiciorum
pertinent; reliqua autem iura; quae ad iurisdictionem
judiciorum spectant; ex quibus cause controvergia
deciduntur; patimur attingunt: Hanc vero post
steriorum iuris civilis positiones qui apud Grecos
placitibus commentariis illustrarunt; forte inventa
est nemo; Sed Roma hujus juris insectrum nullum
longe plurimos ac praestantissimos; quorum non
manca in Pandectis conspicua sunt; & ipsi deinceps
Imperatores Iusticiam in maximo honore habuerunt;
quorum opera prodierunt tot praeclara rescripta; e-
dicta & confirmaciones; que in codice fulgent &
iurisprudentiam novam constituant: § 3. Iustitia
legitima agnitorum successione.

XI. De hoc iure Romano praeclarum est Jo-
hannis Barclaji testimonium in Icone animorum
cap XII. Apud plerosque populos illa iuria obtinetur;
que Romani sibi olim condiderunt; Et tristia appelle-
bamus: Et quoniam ea leges a peritis ultro auctoriz-
bus sancta robustam Et variam orationem ha-
bent; id est carissima studiorum non solam diffundere inci-
genios solet por ordines ac maleficii juris factis; angu-
menta; sed Et probaberit antiquarum rerum scientiam
imbuit.

XII. Ab

XII. Ab illa autem elegantia longissimè remota sunt aliorum populorum jura civilia: In illis enim gentibus, apud quas, ut Barclajus dictò locò ait, non ex Romana sapientia, sed ex municipali ergo non nunquam barbaro gentium scito jura descripta sunt, vix aliquid humanitatis ingrata castrorum ars habet. Et nisi promitteret questum, sis quoque invisa, qui studiosissimè tam colunt: Ibi enim patrini causarum ingenia non exerceant per Romana Graecaque sapientia aut facundia venustatem, sed inharentes aliquot vocibus conceptasque, rudibus verbis leges nunc in cautionem, nunc in dolum contemplativam unquam puriori scientia animos mitigant aut attollunt.

XIII. Et ejusmodi barbaries legum quoque Romanarum scientiam corrupit, posteaquam Roma primum à Gothis, dein à Longobardis occupata; & Gothicis primum, postea Longobardicis legibus Italia gubernari cœpit, juris Justinianei usum, si non omni, certè maxima ex parte sublatò; quod demum à tempore Imp. Lotharii Saxonis cœpit in foro & scholis attentius tractari. Sed cum illa tempestate de purioris latini sermonis historiarumque & philosophiarum, cum primis practicæ, longa es-

set oblivio, primi ex busto velut resurgentis juris ci-
vilis Romani Interpretes, destituti illis scientiarum
& historiae subsidii, quæ legum illarum auctores ad
cas condendas artulerunt, haudquaquam pari feli-
citate in illis interpretandis versati sunt: immo quam-
plurimis vocabulis modisque loquendi barbaris
pristinum juris civilis doctrinæ nitorem velut ru-
bigine quadam obscurârunt; quæ tamen in usum
forensim recepta vocabula nunc quidem frustra
tentantur eliminari.

XIV. Ceterum nonnulli ex his, insigni præstan-
tiâ ingenii & rerum forensium peritiâ instructi, ac-
cedente singulari industria, ad forensem legum in-
terpretationem multum adjumenti attulerunt; li-
cet in rationibus carum reddendis non multum
valerent; nec etiam satis concionio scratone in legi-
bus explicandis uterentur: intellectu industriâ suâ in
legum cognitione ad usum fori accommodanda
illi hoc obtinueré, ut eorum sententiae apud com-
plures non minus auctoritatis habere coeperint,
quam illorū, qui in Pandectis memorantur; quam-
vis revera magistrum iheresis inter utrosque, nam Ul-
piani, Papiniani, Modestini & reliquorum juris,
quod in Digestis conspicuum est, auctorum senten-
tiae

in ex confirmatione Cæsarea vint legum obseruentur;
cum et diverso. Accursii, Bartoli, Baldi & aliorum,
quiis successerant, interpretationes oīnem suam
auctoritatem habcant ex convenientia cunæ mentis
ascensionia legum; & ubi ab ea recessunt, nec ta-
mè id quod usu contra scripti juris verba sen-
tentiā p̄cū in introducitum, dementant, delirant
auctoritati auctoritatem auctoritatis.

XV. Ex autem tempore, quo juri civilis
scientia plurium ingenii coepit excoli, plures quo-
que obseruantur dicet illius docendæ tractandæ que
modesti Greki Latinique Rhetores, quos paulò an-
terioriæ auctoritati doctrinam forensim rationibus ex ipsa
re passus confirmarunt: Paronique ap̄p̄seus ha-
bent libri veterum Jureconsultorum, qui Româ
quendam florente claruerunt: Primi quoque juris
civilis in occidentali Imperio reflorescentis interpre-
tes legum textibus presiūs inherenter, cum dullos
ancē se habuerint, quorum auctoritate & sententia
possent niti.

XVI. Paulatim autem post illa tempora Scri-
ptorū juridici in discipulas abiēre sectas: Nam longè
pluriam omnem legitimæ scientie vim in suorum
antecessorum & Doctorum auctoritate collocâ-
runt;

runt, utiamquodque argumentum & thema juris
satis confirmatam arbitrantur, si plurimum idem sta-
tutum Doctorum nomina tantum sive anno-
tata; verbis & rationibus eorum plenè omisis.

XVII. Sed hoc quidem vilissimum & maximè
jejunum est jurisprudentiae tradendæ genus, acut
dioces quoque nonnullos inveniat artifices, qui pul-
cherrima sese uti methodo arbitrantur, si modestia-
m suam in scribendo testentur, nibil exrationibus,
sed omnia ex testimoniis undeçunque congestis de-
ducendo: Sanc in hoodocendi scribendi que modo
nihil est, quod in aliis scientiam juris gignere ido-
neum sit, si tantum allegentur privati Scriptores
nullaque fiat mentio legum; utpote ex quibus so-
lis questiones juris decidenda sunt.

XVIII. Maturè autem à nonnullis observatum
est, actum fore de omni juris certitudine, si à legi-
bus recedendo, solis opinionibus ac sententiis Do-
ctorum omnis deforroratur auctoritas: Igitur ad mo-
rem antiquum sese composuere præstantiora inge-
ria, & genuinis principiis tractando jure inniti coe-
perunt JOHANNES PETRUS de FERRARIIS in Præctica
Papicensi, ANDREAS ALCIATUS, IDALRICUS ZASIUS,
JOHANNES OLDENBORPIUS, VIGLIUS ZANCHEMUS, Hu-

CO DONELLUS, JACOBUS CUYACIUS, FRANCISCHUS
HOTOMANNUS aliquique nonnulli,

XIX. Sed omnes hi partim modum, partim
exiguum philosophiae apparatus attulerunt
ad jus civile interpretandum; quamvis pleriq;
~~coru~~ ex historie Romanae accuratiore co-
gnitione maxima ad iuriis illius exquisitam de-
clarationem nacti sine adminicula, qualia Ac-
curio, Bartolus aliisque horum coartancis tem-
porum infelicitas negarat.

XX. Et HOTOMANNUS cum optimis non per
solas populi Imperiique Romani, verum per a-
lliarum quoque gentium historias capacius in-
genius suum diffudit: Quibus subsidiis in-
stitutus publicum & feudale jus longè accura-
tum interpretari coepit, quam qui ante illum
viscerunt; cuius rei documenta in illius Franco-
Gallia & questionibus illustribus luculenta ex-
stant. Inque hoc preclaro studio successores
habui: CONRADUM RITTERSHUSIUM, ERICUM
MAURYTHUM, HILDERICUM EBENIUM, JOHAN-
NEM STRAUCHIUM, CASIUREM ZIEGLERUM, JO-
HANNEM FRIDERICUM RHETIUM, JOHANNEM
WOLFGANGUM TIXTOREM & JOHANNEM

SCHILTERUM, quo, antiquitates civiles & ecclesiasticas accuratius timando, juris feudalis, publici & canonici doctrinam, quam multis partibus velut lateritiam nacti erant, auream nobis reddiderunt.

XXI. Per aliud studii genus idem praetitum est ab iis, qui publici privatique juris argumenta ex juris naturalis & gentium fouribus discipienda sibi sumserunt, & in legem Romanarum cum immutabili jure naturali ac gentium morationum scitis convenientiam curatius inquisivere.

XXII. Veteres quidem Jureconsultos Romanos quicquam horum, quae naturali ac gentium jure constituta sunt, ignorasse nemo facile affirmabit, qui vel Pandectarum iura accurate perspecta habet: In iis enim, uti & in Codice ac Novellis constitutionibus, Omnia naturae & aequitati convenientissime constituta esse intelliguntur: Et si quae merè positiva ibi occurrunt, eò tamen modo definita sunt, ut nulla cum jure naturali pugna in iis facilè possit comprehendendi.

XXIII. Sed quæ post translatam in Orientem

nam Romani Imperio sedens Indianos invaserat
barbaries adeò altas ibi radices egit, ut quan-
tum iuris civili Romani literalis sensus post a-
liquos secula iterum quodammodo cœperit
mutare; latini tamen sermonis purioris, &c
Romanae historias, & iuris naturalis ac gentium
profundior cognitio scripsis ad juris civilis stu-
dium reduta sit.

XXIV. Nam licet THOMAS AQUINAS ejusq;
discipuli iuris naturalis questiones haud prole-
tatis cœperint ventilare; legum tamen civili-
um Doctoris idem amè vir sicut ausi, quam
FRANCISCUS VICTORIA, Theologus Hispanus, in
quibusdam relectionibus suis publici privatiq;
iuris questiones nonnullas ad iuris naturalis
normam examinare & solidissimis argumentis
illustrare aggrederebat; Hunc enim itidem in
Hispania secutus est FERNANDUS VASQUIUS, &
obsequitatem religionem ex Italia in Germania
amato deinceps in Angliam protoges ABERCUS
GENILIUS, ambo Juri Consulti; ille in opero
controversiarum illustriam, hic in tribus libris
de jure belli, & totidem de legationibus, nec non
duabus de iuris Romanis ienae in justitia &
justitia

justitia bellica Romanorum, solidiorem iuris
naturalis scientiam spirat.

XXV. Hoc manu praecepit humoris innixus
Hugo Grotius in opere de jure belli Et pacis pri-
oris naturalis & gentium scientiae, à legibus Roma-
nis abstractæ, formam artis imponere aggressus
est: Et post hujus tempora illi quoq; qui, ut ante
diximus, exactam historiarum cognitionem ad
Ius civile interpretandum attulerunt, ad fontes
juri naturalis indagando interdū sunt digres-
si. Tandem JOHANNES à FELDE & juridicæ fa-
cultatis nostræ venerandus Senior, JOHANNES
Eichelius, cum studio legum civilium, præ-
missâ historiæ & philosophiæ practicæ cogni-
tione, rite inchoato demonstrandi artem con-
pungere docuerunt; admirabili doctrinæ com-
pendio; ut quæ anteà prolixitate nimia allega-
tionam laborare videbatur iuriis civilis tracta-
tio, nunc per universalia axiomata & accuratas
definitiones, atque ex principiis per se mani-
festis continua & quasi concatenata argumenta-
tionum serie deductas conclusiones in pau-
ciora contrahi queat; indequæ iudicio ac me-
moris dissentium rectius consuli, quam tadio-

sæ

Doctorum allegatione, etiam ibi facta, ubi
ros per se satis manifesta esse potest, dummodo
ad hanc qui artem docendi recte calleat;

XXVI. Cum autem omnes prædicti mo-
dus juris civilis scientiam tractandi aliquid boni
in se contineant; nec simpliciter damnari pos-
sunt vel illi, qui aliorum auctoritate in tractan-
dis juris civilis quæstionibus nituatur, dum-
modo id fiat cum judicio & illi allegentur in
testimonium, quorum insignis scientia juris a-
liis perspecta est; optimus doctrinæ juris ci-
vilia tradendar modus procul dubio is est, qui
in omni prædictâ varietate temperamentum
sequitur; loquor autem de doctrina, qua ad
scientiam juris civilis in aliis vel efformandam
vel conservandam ordinatur.

XXVII. Nam ante omnia opus est, de-
finitiones ac divisiones & generalia juris capita
summatim proponi; qua in re præcipuas par-
tes sibi vindicat *analytica scientia* & ars de-
monstrandi: tum opus est originem, auctorem
& occasionem cuiusque legis, quantum fieri
potest, declarari; quem in finem *historiarum*
cognitio necessaria est: Porro opus est ostendi,

num lex proposita mercè sit positiva, an vero
& quā parte ea immutabili jure naturali con-
tineatur; & hoc illi demum rectè facient, quā
naturalis ac perpetua jurisprudentia scientiam
altius in animo suo recondiderunt: quippe ne-
mo potest plus scientiæ in aliut derivare,
quām ipse habet: arg. l. 54. ff. de regulis juris.
Adhac opus est ostendi, num lex, quā parte
positiva est, genio Republicæ & populi, à quo
observari debet, congruat; atque hoc est ab il-
lis sperandum, qui civilis scientia & indolis
cujusque nationis gnari sunt: Denique opus
est usum vel praxin cuiusque legis declarari;
& hoc est singulare negotium forensis peritia,
quā ingenium diffunditur per ardua ac mole-
sta juris factiūque argumenta, uti Barclajum lo-
quentem ante audivimus.

XXVIII. Et hisce quidem adminiculis
constat exquisitissima juris civilis scientia; ad
quod fastigium pletique eniti recusant, alii tæ-
dio prolixioris industriæ, quam mollius edu-
cati refugiunt, alii ob defectum sumtuum;
quos diuturniora studia postulant; alii ob in-
genii

genali corporisq; infirmitatem , qui à magnis
conatibus retrahuntur.

XXIX. Ceterum ad forenses causas vel
Judicis , vel Advocati Procuratorisq; officio
tractandas supremus iste gradus scientiae legi-
ciorum non præcisè est necessarius : Hac enim
officia sat dextè obiri queunt, dummodo *la-
gum & verba & vii ac potestas perspecta* sint,
jurisq; ad factum applicandi peritia adsit; qua-
kem peritiam homo attentus & justitiae amans
mediocri industria & usu sibi comparare pot-
est. Illa autem industria consistit in attenta au-
scultatione, lectione, meditatione & disputan-
di exercitatione ; quâ posteriore & lingua &
ingenii vires tūm explorantur , tūna perfici-
untur.

XXX. Atque hāc demum rationē Stu-
diosus noster incipit, quantum sciat & quantum
nesciat; si mempe in cathedram vel ad cathé-
drām se conferat & Respondentis atque Op-
poneantis vices in se recipiat. Pulchre Aristo-
teles i. Rhetor. c.XI. *Ubi certamen est, ibi vi-
ctoria: quare & judicialis & contentiosa di-
sputatio iucunda est iis, qui assueverunt &* dī:

spatandi facultate possent? quippe & in disputationibus plerumq; aut vera aut presumta victoria subest; Victoria autem jucunda est, quoniam opinionem excellentia gignit de eo, qui victoriam reportat ab altero: at excellentia desiderio omnes homines tenentur, alii remissi-
os, alii vehementius; prout optimè idem Philosophus dictò locò pronunciat.

XXXI. Ipsa verò hæc disputandi exercitatio si cum attenta reflectione eorū, quæ disputationi vel subjecta vel subjicienda sunt, conjungatur, viam sternit ad altiorem gradum scientiæ illius artis, cuius themata in disputatione ventilantur; sed opùs est, ut quis assiduus sit in hoc negotio & integrum doctrinam disputando absolvat: Nam ita quantum crescit amor sciendi, tantum ipsa scientia crescit.

XXXII. Optimè itaque studiis suis consuunt, qui, posteaquam scientiæ, cui sese addixerunt, doctrinam auscultatione & repetitione & meditatione sedulâ menti suæ impressam gerunt, eandem quoque disputandi assiduitate retractant. Ab hoc enim studio jurisprudenter Candidatis proxima esse debet via ad di-
scen.

scendam praxin forensem, ex cuius officina ad
functiones publicas adspirare fas est. Etenim,
ut optimè Cicero, lib. i. de officiis, nec Medicis,
nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis
praecepta percepissent, quicquam magnâ laude
dignum sine usu & exercitatione consequi pos-
sunt.

XXXIII. Et privatae quidem fortis homi-
nes in hoc legitima scientia studio prolixiores
esse debent, quam ii, quos nascendi conditio
populorum ac gentium regimini destinavit:
His enim incumbit legum pariter & armorum
scientiam sibi comparare, ut utrumq; tempus,
& bellorum, & pacis, recte possint gubernare.
Proœm. Inst.

XXXIV. Sed cum vel una harum scientia-
rum integrum hominem requirat, si quidem
per se quis velit obire munia scientiae, e. gr. in
negotiis forensibus, causas cognoscere, acta le-
gere & relegere, sententias concipere, & ea or-
dinare, quæ ad sententiarum executionem per-
tinent; aut in militaribus obire circumspecti
ducis munia, prospicere militibus de annona,
supplementa conscribere, obsidiones, defensio-

nes, aciem ordinare, præliis interesse; inde fa-
tis manifestum est, ita temperari oportere istas
functiones, ut neutra alteri sit impedimento &
unius humeri pates sint utriusque oneri ferendo:
Et hanc ob causam Reges & Principes semper
ad latus suum habent divinarum & humanarū
legum, nec non armorum scientiā instructissi-
mos Viros, quorum & consilio nitantur, & o-
pera utantur in rebus gerendis; ne, ipsamet
tante laborum moli succumbentibus, Respu-
blica in discrimen adducatur.

XXXV. Quoniam tamen ipsis Rerum-
publicarum Dominis opus est judicandi peritia
de iis, que à Ministris ipsorum geruntur, illa
vero judicandi facultas absque doctrina & u-
su comparari non potest: unusquisque enim de
iis duntakat recte judicare potest, que per-
specta habet, ea vero perspecta habet, quorum
cognitionem mente aut sensibus suis acquisi-
vit; hinc omnis avi sapientiores Principum
sobolem suam, in spem regni genitam, ius ar-
tibus mature curarunt imbuendam, quibus o-
lim in regni administratione haberent opus: &
quemadmodum id fieri debet, ipse civilis ac
mili.

militaris prudentiae callentissimus Xenophon docet lib. i. de *Institutione Cyri*. In historia atque Romana pariter ac Germanica, legitimus, veterum Imperatorum plurimos cum ius dixisse, cum exercitus ductasse; quod utique sine legum & armorum scientia fieri haud posuit.

XXXVI. Etsi autem recentioribus seculis ratiore forsan allegari queant exempla Regum ac Principum, qui ipsi met pro tribunali sedentes causarum cognitionibus praefuerint; cuius rei intermissionem Politici adscribunt multitudini legum civilium, quam Rempublicam Germanicam oneratam potius, quam ornatam existimant: quanquam iis hoc nequaquam concederim, contendendo leges proprie dictas non esse nimis multas, harum vero interpretationes et si plurimae sint, eò ipso tamen scientiam iuris magis magisque certam reddi; si nempe omnia, quantum fieri potest, legibus harumque authenticis interpretationibus definita ac quam paucissima relicta sint judicum arbitrio; uti prudentissime censet Aristoteles. *Aboetor. cap. i.*

XXXVII.

XXXVII. Etsi inquam, sive ob amplitudinem illius scientiae, quae ad justitiae dextram administrationem est necessaria, sive alias ob causas, Principes passim refugiant ipsi audire partes litigantes & cognitionibus causarum praesse; sed has partes in Cancellarios & judiciorum Praefides atque Assessores devolvant: Non tamen planè desunt exempla laudatissimi illius prisci moris, quem Reges populi Hebræi & Romani Imperatores Germaniæque Reges quondam usurparunt.

XXXVIII. In vicinia illustre hujus rei documentum habemus Serenissimum Principem, ANTONIUM ULRICUM, Ducem Brunsvicensem ac Lüneburgensem, Dominum nostrum clementissimum, qui non tantum, augustissimi Parentis gloriosæ recordationis AUGUSTI exemplò, ipse Senatui Ecclesiastico & Aulico per complures annos ferè assiduus praest; sed nuper quoque filium natu maiorem, Principem AUGUSTUM WILHELMUM, judicio provinciali Ducatus Guelpherbytani praefecit judicem, ut castrensi disciplinæ forenum negotiorum ac civilis jurisdictionis usum ad-

ad jungeret; atque ita, armorum legumque
potens, optimum scelere Principem subditis suis
exhiberet. Ac nullus dubito, illustre hoc æter-
nisq; annalibus celebrandum Guelfici Princi-
pis exemplum imitatuos esse Serenissimos in
vicinia agnatos Principes, qui nunc partim in
Hungaria, partim in mari Hadriatico super-
bam Turcicæ gentis ferociam, utinam victori-
cibus armis suis compescere meditantur.

XXXIX. Nobis in Musarum-castris militan-
tibus illustria haec exempla legum scientiae ma-
gnis Principibus in tantum jucundæ, ut ipsi met-
eam, in dicasteriis suis jus dicendo, exercere
non erubescant, stimulos addere debent, ue-
cam santo alacriores & doceamus & discamus;
quando magis certi sumus, nos accurata illius
cognitione ejusq; adminiculò forensia nego-
tia tractandi dexteritate non minùs Principi-
bus nostris charos esse, quam si hastas & lan-
ceas & bombardas & omnia armorum exer-
citia peritè tractaremus.

XL. Sed mihi quidem, decem proximè e-
lapsis annis in hac Academia jus civile publicè
D docen-

docenti, obſervare contigit, in juventute Aca-
demica ſenſim magis magisq; decreſcere ardo-
rem diſcendi juris civilis; contrā autem gla-
diatoriæ & saltatoriæ artis exercitia æquabili
ſemper alacritate tractari: Cauſas huius rei
maximā partem colloco in calamitatibus bel-
licis, quæ tot annos Germaniam quoq; affli-
gunt: unde factum, ut ad bellicas meditatio-
nes & aularum oblectamenta plus ſtudii ope-
ræque converſum ſit, quam ad ſcientiam le-
gum; quæ, ut multi, licet malè, opinantur,
inter arma ſilere debeant.

XLI. Absit verò, ut in omnium, qui aut
ſuorum, aut propriâ destinatione jurispruden-
tiæ ſacris initiandi, animis attentius legum
Scientiæ ſtudium roſtrizillo dicam: Reclamare
enim exempla nonnullorū, qui in ſtudio legum
inſigniores profectūs parum jamjam faciunt;
nihil eorum intermiſſendo, ex quibus ad solidi-
orem ſcientiam nitentium conatus æſtimantur;
partim jam tum fecerunt, dum tuæ eruditio-
nis documenta publica vel hoc anno dede-
re. Spero tamen, plures in posterum fore, i
qui

qui eadem studia attentius colant ; si & Principes terrarumq; Dominos non solius Magistrorum alumnos , sed & Divæ Themidis cultores esse intellexerint.

XLII. Inter illos autem , qui cogitatæ sapientiæ studia more majorum debitâ sedulitate tractant , meritò suò nominandus mihi jam est is , quem in fronte hujus meæ dissertationis nominavi , perpetuus Respondens meus ; quem tamen , ne arctiori , quæ mihi cum eo intercedit , affinitati hoc tribuisse existimer , nullâ prolixiore laude mactare visum : Et hic quidem , posteaquam superioribus annis ingenium per omnis generis amaniora studia diffudit , tandem in Sacrae Themidis portu anchoram figere , & hanc Divam præ reliquis colere in animum induxit . Quæ autem sit illi legum ænigmata solvendi promptitudo , ex iis , quas ad Schnabelianam Pandectarum epitomen in novo Jure Consultorum auditorio habituri sumus , publicis disputationibus satis superque elucescet : ad quas omnes legum scientiæ cupidos

pidos commilitones nostros publico hōp
Programmate per amanitēr invitoz Pri-
mam caruq̄ habebimus dic XII. Augusti horā
matutinā octavā. P. P. in Acad-
mia Julia Calendis Augusti
cl̄ loc LXXXV.

